

* P * V * I * S *

* 1 * 6 * 2 * 4 *



- I. Paraphrasis Psalmi LXXXII M. Zachariae Wennenezeri
- II. Psalmi Davidici 121. 91. 125. 124. Gregorij Bersmanni.
- III. Oratio de Christo recens nato Joachimi Flemingi
- IV. Lessius Casareus Cyriaci Herdesiani sup obitum Rudolphi Imperatoris
- V. Soteria Dn. Johanni Georgio Saxonum Duci Academiae Wittebergensis.
- VI. Votivus applausus Dn. Hug: Principi Anhaltino administrationem principatus Cisalpinii suscipienti Frederici Theodori Gorlicio
- VII. Theophrastus in qua ad Dn. Augustum Principem Anhaltinum Thomazij causa servestam nerezum M. Petri a Jena.
- X. Epithalamium Marci Frederici Wendelii ad Dn. Augustum Ducem Brunovicensium.
- II. Epithalamium ad eundem principem Jani Cremeri.
- III. Ecloga Gregorij Bersmanni Rudolpho Principi Anhaltino sponso scripta.
- XI. Theophrastus in qua ad Dn. Rudolpho Princ: Anhaltino scripta a Collegis Scholae Servestanae.
- XII. Epicedium in obitum Dn. Rudolphi Princ: Anhaltini Abrahami Cremeri.
- XIII. Strena Poetica Christophori Heroldi.
- XIV. Querele Saravictoris et Biomeae.
- XV. Gregorij Bersmanni in pontem sablicium Debaensem Carmen Graecum.
- XVI. Joachimi Flemingi Piculum Scholasticum.
- XVII. Abrahami Vrici Diagrapha Laboris Scholastici.
- XVIII. Coronis Collegio Disputatorio et Oratorio imposita.
- XIX. Typus Depositionis Scholasticae Frederici Widebrami
- X. Bulla Amuletum M. Bloey.
- CI. Oda honoribus Dn. Danielis Burchardi Dn. Johannis Christophori Hartmanni. Dn. Philippi Meudligeri. Dn. Matthaei Coleri Doctorum scripta.
- XXII. Gratiarum Actio M. Johannis Copperij post Magistrum autum pronuntiata.
- XXIII. Epigramma in Cerevisia Servestane Danielis Burchardi.
- XXIV. Desortatio a Callemijs
- XXV. Germania ad Principem epistola Ad: Martino Pratorio.
- XXVI. Votum Scholae Versaliensis
- XXVII. Theophrastus in qua ad Dn. Johannem Stunium.
- XXVIII. In honorem Magistrum Dn. Johannem Guac
- XXIX. Trizinta Jeverum M. Christiani Galli Italio-Saxonis.
- XXX. Adami Forweroy Frederici Steseris Ernesti Wulstorgij.
- XXXI. Eorundem
- XXXII. Juvenum 37. M. Theophili Carisberi
- XXXIII. Johannis Cremeri.
- XXXIV. In honorem Notarii Valerij ni Gelani.
- XXXV. Strena anagrammatum quadrifida Christophori Heroldi.
- XXXVI. In nuptias Dn. Wolfgangi Amlingi 4. V. D.
- XXXVII. Eiusdem Johanni Amlingi Nicolai May.

ΠΡΟΣΦΩΝΗΣΕΙΣ ΓΑΜΗΛΙΟΙ

Honoribus

Viri Doctrina Humanitate & Virtu-
te Præstantis

DN. MARTINI MI-
LAGII J. U. CANDIDATI
& Advocati Serevestani
SPONSI

Cum

Virgine Florentissima Pudicissima

M A R I A,

Viri Honoratissimi

DN. CASPARI STRUBII

Civis Serevestani primarii p. m.

relictâ Filiâ

S P O N S A.

Serevesta X. August: Nuptias celebrantis


Dicta à Fautoribus ac Amicis.

S E R V E S T Æ

Typis Zachariæ Dörfferi.

M. DC. XXIV.







MARTINO MILAGIO

Sponso Sal:

E Te, Spense, meo non modulamine
Cantem, (quid blateras vulgus iniquius?)
Qui promissa facis, pone pedem minus
Suetus flectere lubricum?

Sic mens tuta manet rebus in asperis:

Sic nec precipiti devius impete

Adfectus rapitur: nec levibus citò

De causis amor interit.

Terris rara fides: nam quot hyperbata

Mundi saepe patent? tutus ut amplius

Haud quaquam sit apertis locus in solo!

O cor, linquaq; lubrica!

Nam quem credideram candidum & integrum,

Felceu mel premit ex ore, suum tegens

Fucum. Candor ubi, quem simulaverat?

Heu fumus pice nigrior!

Tanta perfidia premia largiter

Per solvet Dominus, qui excutit intima:

Nam qui consilium falsificum prober,

Qui nil est nisi veritas?

Sex miracula vetustas stupet incluta:
Sed si candida cui pectora, seriâ
In re: fronte vel in primâ habeat locum
miraculum hoc meritisimò.
O mens falleris, addicta chorono veni
Musarum, tua si sub tribulis putas
Possè excellere. Nam turpiter in malas
Vertuntur furias Deæ,
Circæo veluti quando pecunia
(Obbrutescere sic horum oculi solent
Quos fortuna suo vulnerat illice)
Sensus ne stare possidet.
Quas quondam stygius quaesierat malè
Plutas divitias, heu mihi quantum alunt
Virus! Sponse, sed hoc crimine quòd cares,
laudum præmia fer DEO.
Efflictum ille suos diligit omnibus
Vita temporibus: quod negat, interim
Ex usu gemino est: quod malum homo struit
Nobis, vertitur in bonum.
Cælo namq; DEUS fert habitacula
Justis: in stabulis at requies stygis
Nulla. Ergo scoriis ite ad Amazonas:
Vestrum mel fel & oxos est.

Nos

Nos Candor niveus, non simulatio
Claret, nosq₃ juvet cum sale sumere
Puro farras: moremur neq₃ grandia
Ditis lautave prandia.

Cælum cum scaphulâ, Christe, fidelium
Confers, unda maris quam tumidi vebit:
Huic non dissimilis Sparta foret tua,
Quam turbo invidia petet.

Ergo cum subitis fluctibus intonat
Nereus, ceu prece plus, quàm sibi navita
Tunc remis cavet, & confugit in locum
Tutum, dum fileat mare.

Sic, ne cymba tua fracta natet crucis,
Sponsorum facula ô, tende fideliter
Ad stellas Helices: justitiæ quibus
Sol claro micat æthere.

Est illic statio tuta fidelibus:
Illic portus adest, auraq₃ mitior:
Nam qui hæc alma phari lumina respicit,
Nunquam mergitur in rate.

Abraamus Cremerus, Senior,
Ecclesiæ Lindaviensis Anhal-
tinæ, Pastor.

A 3

ALL

A L I U D.

Magna fuit binos nuper lis inter Amicos
Orta, utrum *Juvenem Virgo* locanda
An *Vidua* Matrimonio? (foret,
Approbat hic Viduæ, sed Virginis alter Amores
Præfert: pars causas utraq; utrinq; graves
Sententiæ adducit suæ.
Quæsitus dudum, dubiam qui tollere litem
Arbitrio possit iudicioq; suo,
Nec invenitur, Arbiter.
Namq; *Puellares* multis commendat *Amores*,
Cui lecta ex voto *Virgo* locante *DEO*
Comes laboris contigit.
At molles Viduæ *Plumas Gazasq; Domosq;*
Prataq;, qui Viduæ subdere colla iugo
Spretâ Puellâ maluit.
Tandem ad Concilium *Mystarum Juris*, ut æquum
Urbs Sorabûm gremio quos fovet ampla suo (est,
Servesta, uterq; provocat.
Nondum facta quidem sententia publica: at ausim:
Sed sine concessâ haud pandere pace licet
Secreta paucis cognita.
Tu visus, qui ejus pars pridem allecta Senatûs,
Sponse ô, fers Viduæ Virginis ante torum,
Secreta velle pandere.

Scili-

Scilicet *Eunomia* Patres, quoscunq; celebri
Urbs coctæ Cereris munere dives alit,
Duxere *Cuncti Virgines*.

Coppenius primùm, sua cui *Secreta Rudolphus*
Ascania Princeps, cui sua nosse dedit
Augustus, adiit *Virginem*.

Sturmius, ambiguos quo nemo solvere nexus
Promtior è Juris divite fonte, domum
Duxit *Puellam* Conjugem.

Babnius, eximios dignè qui gestat honores
Consulis, & tractat Jura domi atq; foris,
Fuit potitus *Virgine*.

Virginis haud Viduæ tædæ placuere, Senatûs
Ardua qui tractat judicioq; regit
Consilia, *Fingerlingio*.

Doctores celebri maectatus honore *Cramerus*,
Dicens in medio jura diserta foro,
Legit sibi *Viraginem*.

Tu, cujus fidei vigiliq; negotia curæ
Credidit Illustris Curia, *Troja*, sua,
Sponsam expetisti *Virginem*.

Virgo etiam placuit, qui pressos sponde Clientes
Eloquio gaudet consilioq; suo
Juvare, *Bandelovio*.

Ac

Ac, ne quis Legum interpres superesset, in istâ
Qui posset litem sede movere novam,
Ducit *Gerholdus Virginem.*

Jamq; est dicta dies, istorum quando virorum
Est in confesso Quæstio tanta gravi
Deliberanda exactius.

At verò, ambiguam sententia publica causam
Dum dirimat, parvam ne patiente moram
Ne ferre mente tædeat,

Qui primi hanc litem movistis, quiq; virorum
Arbitrium istorum Judiciumq; grave
Ultero expetistis acrius.

Tu verò interea, doctissime Amice *Milagi*
Cum Sponsâ facias Virgine, Sponse, vides
Fecisse item quæ cæteros:

Et, suum ubi decies jam Luna impleverit orbem,
Post data conjugii germina blanda novi
Maria Mater audiet:

Audiet hæc *Mater*, quæ nunc est *Virgo*: Proinde
Dulce *Tibi* nomen dulce *Parentis* erit:
Quod *Vestrûm* utriq; comprecor

M. Petrus à Fena.



προγάμια

N U P T I I S

DN. MARTINI MILAGHI

J. U. Candidati.

ET

MARIÆ STRUBIANÆ

Συὴ ἀγαθῆ τύχη Νεογάμων.



Ἰππεγάμον θέμιδ' ἄριστερον, ΜΙΛΑΓΙΕ, κλειτῆς
 Μνησεύσας, Κύπριν νυῦ πυρέεσαν ἐράς,
 Ἄρα λιπὼν βίβλας, πρὸ πάλαι πεφιλημύα μισεῖς,
 Καὶ παφίης θεράπων, Φίλτρα ἐρωῖ Φιλεῖς,
 Ἰμερόφς τε γάμ' ἡ, καὶ κτήμα μέγιστον ἀκοίτις
 Ἐπλετο, τὰς χεῖρας καὶ καθαρὴν τε φρένας.
 Ταύτην δ' ὄφρα λάβης, θέμιν δ', ΜΙΛΑΓΙΕ, λείψον,
 Ἀμφοτέρην δὲ σέφ' ἔκ' ἐπιληθόμεν.
 Οὕτως ὄπρ' ἄτης, νύμφην νομίμοισι, συνάπλων,
 Οὕτως ἀμφοτέρης ἔργα φέρουτο καλῶς.
 Ἀγλαὸν εἰ δὲ γάμον κοσμεῖ γλυκυμείλιχ' ὄχη,
 Εὐτυχέως γαμβροῖς πάντα γένοιτο νέοις.
 Ἀμφοτέρην θεὸς ὀλογέοι, καὶ πολλὰ διδοίη
 Χρήματα ἐν μεγάρῳ, τεκνία ἐν θαλάμῳ.

B LATI-



L A T I N E :

Dic mihi quid causæ, *Themidi* te, *Sponse*, dicaras
Totum, nunc *Veneris* bella duella placent,
Abjicis anæ *Themis*, dudumq; adamata relinquis,
Tristeq; mancipium *Cyprin* amore colis?
Res sacra conjugium nobis, res optima conjux,
Cui sine felle animus, cui sine labe manus.
Hanc tamen ut capias, illam ne, *Sponse*, relinquo,
Nullius oblitus fac ut *utramq;* colas.
Sic bene res agitur, si jungis *jure puellam*,
Sic animi ex voto res *utriusq;* cadit.
Quod si vota juvant, thalamū pia verba coronant,
Auspicio Sponfos fors meliore beet,
Ditet *utramq;* D E U S, Sponfis ut Numine amico
Prole domum *Venus*, & compleat ære *Themis*.

Oblata

à

Felice Haustedio Pastoris
Roslaviensis Vicario.

D N. M A R T I N O M I L A G I O

Sponso.

Milagium videt eximiâ virtute coruscum
Aula Soraborum, atq; hic meus, inquit, erit.

Annus

*Annuit his Aulæ Themis alma, Astræaq; Votis,
Votiq; effecit participem esse sui.
Milagium videt & pulchra Virtute politum
Pulchra Marilla, vidensq;, hic meus, inquit, erit,
Annuit & Mariæ Venus aurea, Junoq; Votis,
Votiq; effecit participem esse sui.
Sic tamen, ut noctu gauderet Virgo marito:
Cultorem at fidum nosceret Aula diu.*

Amoris ergo fecit

*Abrahamus Cremerus Junior
Scholæ Servest. αὐρεῖχος.*



EPIGRAMMA NUPTIALE:

Germani veteres *seram juvenum* esse volebant,
Ac rectè, *venerem*, *notitiamq; viræ.*
Verum nostrates *ante alpha & beta* puelli,
More novo, *foedus conjugiale* petunt.
More tamen nequâ! qui nec tibi, *Sponse*, probatur,
Nec quoq; *Philosophis*, quos legis atq; colis.
Hinc & *Vir factus* sociam tibi quæris, & aptas
Justâ etate tuo *Penelopen* lateri.
Nempe *Viro* nubat *Virgo*, sed *Virga* puello:
Virga decet *puerum*, *Virgo* decetq; *virum.*

B 2

Maſte

Maecte igitur *Vir-Sponse* tuâ cum *Virgine-Sponsâ*,
Maecte: brevi *pueros* editeq; & *pueras*.
Ludite nunc lusum, requiescite dulciter ambo:
Qui jacet ad sociam, ne jacet ille benè.

M. Johannes Cremerus S S.
Theol. Studiosus.

A L I U D.

T Andem Milagi, charitum comitante cateruâ
Ducitur in Thalamum pulcra Virago tuum
Pulcra Virago, Tibi quam tradidit Autor & Altor
Conjugii: Thalamo digna ea digna tuo.
Gratulor hinc animo ô Phæbi Themidosq; voluptas
De dono tali, Sponse novelle, Tibi,
Ambo vos opto, vivatis Nestoris annos:
Nec vestrum turbent ulla pericla Torum
Ædes exornet concordia mutua vestras
Perpetuo cedant jurgia lisq; procul.

Acclamabat

Johannes Schumannus.

F I N I S.

Id 4206
g

ULB Halle

3

004 167 287



f
Sb

Sik. 18 u. 25 nicht in FICA,
da Hschr. +90


8-14

100-By
Jul. 01

24 VD 17

M







Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

HAIOI
e & Virtu-
NI MI
DIDATI
tani
udicissima
A,
i
RUBII
i p.m.
lebrantis
is.
fferi.
v.